



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1616.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Mense Julio in conventu Cleri Gallicani
Parisiis habito satagente imprimis Cardinali
Rupi Focaldo unanimiter recipitur Oecu-
menicum Concilium Tridentinum.

Inter Sabaudum & Hispanum, qui partes
tuebatur Mantuani in causa Montferraten-
si, pax constituitur.

Eadem instauratur Viennæ in annos 20
cum Cæsare à legatis Turcicis; inter Polo-
nos verò & Moschos frustra tentatur.

Chamus Tartarorum Tauricanorum de-
vastat Russiam, Russi econtra Ducibus Vis-
novecio, & Corecio depopulantur Daciam
occiso ejusdem Regulo, in cuius locum suf-
ficiunt Michailonem.

Patriam suam gloriosâ morte hoc anno
illustravit Joannes Ogilbeus nobilis Scotus
Soc. Jesu Sacerdos, in odium fidei Catholi-
cæ trucidatus ab hæreticis in urbe Glasgu-
ensi Regni Scotiæ.

ANNO 1616.

Inter Hispanum & Sabaudum recrudes-
cit bellum in Italia, & acriùs quàm antea
geritur, nescio Sabaudo minis Hispanicis
cedere; pacem interim procurantibus Pau-
lo V. per Archi-Episcopum Bononiensem,
& Rege Galliæ per Philippum Bethunium.

Menfe

Mense Mayo componitur discordia Prin-
cipum & Regis Galliæ, redeunris Lutetiam
cum Reginis matre & conjugi. Princeps
Condæus cum reliquis fœderatis Regi acce-
dit, sed ob novas suspiciones calendis Sep-
tembris detentus in palatio regio mittitur
in custodiam arcis Bastillæ.

Turcæ passim terrâ marique cæduntur.
In mari mediterraneo ab Hispanis separa-
tim, à Florentinis ac Melitensibus unitim :
ad paludem Mæotidem à Cœlacis , in Asia
à Persis, ubi illorum 40 millia peste ac ferro
periisse dicuntur.

Status Hollandici Flissingam , ac alias
quasdam arces traditas olim Elisabethæ ad
obtinendas ab ea suppetias numeratâ pecu-
niâ recuperant à Rege Jacobo.

In Imperio Sinensi auctus paulatim nu-
merus Christianorum , quibus accesserunt
quatuor è primaria nobilitate Mandarini
laureâ Doctorali summisque in aula Impe-
ratoris officiis insignes. Eodem anno
solvit Nicolaus Trigautius Soc. Jesu cum
sociis 21. omnium férè Principum Catholi-
corum Europæ instructus donariis ejus ge-
neris & artificii , quibus creditur ingeniosa
& erudita illa natio pellicienda ad favendū
rei Christianæ,

Anno eodem octo PP. Soc. Jesu fidem
Barbaris Tepeguanis in nova Hispania an-
nunciatam fuso sanguine subscripserunt.

A N N U S 1617.

Romæ mense Julio promulgatur Jubi-
læum sacrum.

In Germania celebratur à Lutheranis Ju-
bilæum vanum, quod hic annus esset cente-
simus à defectione Lutheri; cusa in hunc
finem numismata aurea & argentea cum in-
scriptione: *Lutheranum Saculum 1617.*

Matthias Imperator adoptat in filium de
consensu fratum, Maximiliani supremi
Magistri Ordinis Teutonici, & Alberti Bel-
garum Principis, parentum liberis Ferdi-
nandum Archiducem, Ducem Stiriae, Ferdi-
nandi I. ex filio Carolo fratre Maximiliani
II. nepotem, & ditionum possessionumque
Austriacarum hæredem scribit.

Anno eodem mense Mayo coronatur Fer-
dinandus Rex Bohemiae.

Sectarii denuò coëunt Heilbrunnæ, ubi
nequicquam dehortante Cæsare superiorū
temporum foedera confirmant, & nova cum
exteris ineunt.

In Gallia Concinus Florentinus Mare-
schallus Franciæ favore Reginæ matris ni-
mis